

xis genibus salutarent , & tibi ab Auctore eo-
dem tantæ felicitatis diuturnitatem , atque in-
columitatem vitæ precarentur , id ego mihi pro
mea virili parte licet minimo , veteri tamen San-
ctitatis tuæ clienti præstandum , ut debitum mi-
hi officium existimauï , simulatque lætissimus
ille Creationis tuæ nuncius est a nobis exauditus .
Verum cum & domestica me negotia distine-
rent , & longam alioqui profectionem huiusc
officij caussa instituere non satis opportunum vi-
deretur , consilium inij , vt tuæ Beatitudini absens
humillimè gratulationis debita persolverem , oc-
casione quadam admonitus . Erat enim sub præ-
lo AVREVM THEOLOGIAE ROSA-
RIVM , insigne opus , & ad vniuersam diuinam
scientiam cumprimis vtile , ac necessarium : Quod
a R.P. P E L B A R T O Themesuar de sacrofan-
cta Diui Francisci Familia ex varijs , & ijs quidem
illustrioribus Latinæ Scholæ Theologis singulari
methodo , ac doctrina iamdiu confectum fue-
rat : nunc vero nescio qua temporis iniuria fe-
re ex hominum exciderat memoria . Cuius sanè
operis editionem , (quod nequeo silentio præteri-
re) studiosi non minus , quam nobis ipsis acce-
ptam ferrent Aloysis Balbo viro doctissimo , &
eloquentissimo , ex cuius nobilissima Bibliotheca